UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCLXXV. Markgraf Woldemar von Brandenburg beurkundet, daß der zwischen dem Markgrafen Johann und dem Kloster Neu-Zelle geschlossene Kaufvertrag über das Schloß Schiedow und die Stadt Fürstenberg ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

Hermannus ſenior et Hermannus filius eius dicti de Warmpſtorp, Anno de Heymburch, Volradus de Drenleve, Henricus de Hoyem et quam plures alii fide digni. Datum Magdeburch, Anno domini M°. CCC°. XVI°., In die beatorum viti et Modeſti martyrum.

Nach dem Originale im K. Provinzial-Archive zu Magdeburg. Auch enthalten in Olearii Magdeburgſchem Copialbuche Mſpt. Vol. II. p. 225. Abgedruckt in Gercken's Cod. I., 55 nach dem Originale und in Boyſen's hiſtor. Magazin III, 94. nach dem Copialbuche.

CCCCLXXV. Markgraf Woldemar von Brandenburg beurkundet, daß der zwiſchen dem Markgrafen Johann und dem Kloſter Neu-Zelle geſchloſſene Kaufvertrag über das Schloß Schiedlow und die Stadt Fürſtenberg mit ſeinem Wiſſen und Willen geſchehen, auch dem Markgrafen 500 Mark von dem Abte gezahlt ſeyen, am 20. Juni 1316.

In nomine Domini amen. Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus et tenore preſencium publice proteſtamur, quod contractus, racionabiliter et legitime celebratus, inter inclitum Principem Johannem Marchionem Brandenburgenſem, Sororium noſtrum cariſſimum, ex una parte, et religioſos viros Abbatem et Conventum Monaſterii in Nova cella, Cyſtercienſis Ordinis et Miſnenſis dyoceſis, ex parte altera, de caſtello Schydelowe et opido Vorſtenberch, plane de noſtra proceſſit voluntate, conſilio pariter et conſenſu; unde predicta bona, videlicet Caſtellum Schydelowe et opidum Vorſtenberch, in uſum et profectum iam dicti cenobii deinceps fatemur convertenda, Caſtellum ſcilicet Schydelowe cum terminis ſuis terminorumque diſtinctionibus diſpoſitis in hunc modum: verſus orientem inter villam Schonenvelt et Caſtellum predictum ab ortu fontis ſub qvodam monte, qvi fons per antiqvum foſſatum ibidem omnibus manifeſtum in Oderam derivatur, deinceps inferius ipſam etiam Oderam cum utroqve ſuo litore ceterisqve ſtagnis ac Rivis, Paludibus, nemoribus, pratis, paſcuis, agris, villis, deſertis et exſtructis, ſpecialiter autem prata, qve vocantur Lome et prata tzemetyn cum pratis frencelini de Bogemensdorph, Item villam Razlausdorph, cum ſex manſis in Cuſerin et generaliter univerſa feodata et non feodata, qve caſtellano juri, quod*) burchlen dicitur, olim fuerunt vel adhuc ſunt aſtricta, usqve ad terminos cenobii memorati. Opidum vero Vorſtenberch cum omnibus juribus, terminis et libertatibus ad ipſum pertinentibus, quibus a retroactis temporibus privilegiatum eſt a principibus et munitum, videlicet a fundo ipſius opidi per aſcenſum Odere prata et nemora usqve ad terminos Monaſterii antedicti, deinde usqve ad villam lawitz, et ſic transcurrendo per montana, cum paludibus et merica, et octo manſis inter Dylowe et opidum predictum, pertinentibus ad ipſum opidum cum omni jure civili, usqve ad villam Schonenulit, deinde usqve in ſtagnum palitz, ab hinc usqve ad villam Tzuluctendorph, de hinc usqve in

---

*) Wilke quondam.

Rivulum byſteritze, et abhinc per aſcenſum ejuſdem fluvii uſqve in oderam et ſic ulterius uſqve ad opidum ſupradictum, Item ſtagna hiis nominibus appellata, Palitz, major et minor, Trebelyn major et minor, Tzerwentz, Slambuc, Dolge, Beelen, Duvelſſe; Item unam et dimidiam urnam mellis, Item duos manſos in villa Dylowe; Item villam Schonenvlyt cum terminis ſuis, agris, paludibus et juribus univerſis. Univerſa ergo et ſingula ſupra dicta, Caſtellum Schydelowe ſcilicet et opidum vorſtenberch et omnia ad ipſa pertinencia, prout terminis premiſſis ſuperius ſunt diſtincta, cum lignis, nemoribus, pratis, paludibus, paſcuis, agris cultis et incultis, ſtagnis, piſcaturis, aqvis aqvarumque decurſibus ac litoribus, molendinis conſtructis et conſtruendis, cum jure patronatus Eccleſiarum, cum omnibus ſtagnis et manſis ſupra nominatim expreſſis, et generaliter cum omni libertate et jure, qvocumqve nomine cenſeatur, ab omni vexacione precarie vel exactionis libera, damus et appropriamus Abbati et Conventui prememorati monaſterii de nova cella ſub forma emptionis (a) nobis ac predicto Principe Johanne Marchione voluntarie comparata, proteſtantes eidem qvingentas Marcas Brandeburgenſis ponderis et monete a ſepe dictis Abbate et Conventu plenarie perſolutas, et preſentis ſcripti teſtimonio irrefragibiliter in perpetuum confirmamus. Ne igitur ſuper iſto contractu tam racionabili fratres ſepe dicti Monaſterii ullam tam a nobis qvam ſucceſſoribus noſtris patiantur repulſam, preſens ſcriptum recognicionis noſtre deſuper confectum ſibi tradidimus, Sigilli noſtri munimine roboratum, Teſtes hujus rei ſunt Dominus Johannes de Kotebuz, Dominus Burchardus de Bertenſleiben, Dominus Cunradus de Ridere, Dominus Henningus Botel, Dominus Johannes de Bitſch, filius militis Domini pauli de Bytſch, Milites, et alii qvam plures fide digni, Datum Wiſmorowe et actum a premiſſo principe in Ratenowe, per manus prothonotarii noſtri Domini Eberhardi, prepoſiti in Stolp, Anno Domini Milleſimo CCC°. XVI°, in craſtino Sanctorum Martyrum Gervaſii et Prothaſii.

Nach Wilke's Ticemannus cod. dipl. 217—219.

CCCCLXXVI. Markgraf Woldemar von Brandenburg quittirt den Grafen Berthold von Henneberg wegen 5080 Mark Silber für das Land in Franken, am 26. Juni 1316.

Wir Woldemar, von Gotes Gnaden Marggreue zu Brandenburg vnd zu Luſitz, bekennen offenlich an dieſem Brieve, daz der Edele Herre, Greue Bertold von Hennenberg, vnſer liebe Schwager, zu — — ſtund vns gütlich vnd wiſsetlich gewert hat vunf Thuſent Mark vnd achzig Mark Branburgeſch Silbers vnd Gewichtes, der ſage Wir in ledick vnd loſs, von deme Lande zu Franken mit dieſem keinwärtigen Brieue, den Wir ime zu eine Vrkunde darüber gegeben haben, daz iſt geſchen zu Ewerswolde, nach Gotes Geburte Thuſent Jar driehundert Jar in dem ſechſzenden Jar e, an der heyligen tage Sente Johannis vnd Sente Pauli.

Nach Schultes, Geſch. v. Henneberg I, 183.